



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XVIII. Vrtùm in homine liberè ac supernaturaliter operante fine habitu,
principium adiuuans, ad talem actum supernaturalem eliciendum, sit
aliquid creatum animæ infusum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

*virum in homine liberè ac supernaturaliter opè-
rante sine habitu principium ad uians,
ad talem actum supernaturalem elicien-
dum, sit aliquid creatum ani-
ma infusum.*

Secundū vero principaliter probatur saltem de
lege, & de potentia ordinaria non aliter fieri (quid-
quid sit de absoluta potentia), ex Concil. Trident.
sess. 6. cap. 5. dicente peccatores vocari, ut per Dei
excitantem, atque adiutantem gratiam ad convertendum
se ad suam ipsorum insignificationem, et eandem gratiam liberē
Idem probatur saltem
de lege ordi-
naria ex
Conc. Tri-
dent.

Simili modo potest hæc sententia confirmari ex Patribus asserentibus amorem Dei, & similes actus fieri in nobis per infusionem gratiæ, & Spiritus sancti; sic ait August. tract. 75. in Ioan. *Non valemus amare nisi accipimus Spiritum sanctum*: non accipimus autem Spiritum sanctum, nisi quatenus aliquid donum suum nobis infundit; ergo necesse est vt prius nobis donetur tale donum, quod sit principium amoris. Idem sumitur ex Augustino in Manuali cap. 20. & 27. & lib. de Spirit. & liter. cap. 3. 8. & 9. quatenus ait, *non posse nos diligere Deum nisi prius sanemur*. fauet etiam Gregorius Homil. 3. in Euangel. quatenus ait, *Qui Deum desiderat, iam habet quod amat*. Denique ad idem induci possunt canones Concilij Arausiaci, quatenus in eis dicitur, in uocationem Dei, desiderium salutaris, voluntatem credendi, & similia oportet pietatis fieri in nobis per Spiritus sancti infusionem, & operationem. Atverò Spiritus sanctus non infunditur, nisi per aliquod donum: vt idem Concil. can. 3. interpretatur, & tale donum dat vires, & potestatem operandi, ex mente eiusdem Concilij, & est præuium ad actum amoris, & similes, vt ex canone 6. 7. 20. & 25. eiusdem Concilij colligitur; ergo est aliqua gratia creata quæ sit principium talium actuum. Tandem potest addi ratio, quia consentaneum est ordinariæ legi prouidentię Dei, vt per causas secundas det internam virtutem sufficientem ad suas actiones; sed in his actibus non repugnat ferri hanc legem, & hunc suauem prouidentię modum; ergo etiam ad hos actus dat Deus internam virtutem, quæ esse non potest nisi aliqua gratia creata supernaturalis.

Quod si inquiratur, quæ sit ista gratia? auctores
huius sententiæ pro comperto habent, non esse ali-
quem actum vitalem, qui supponunt non esse ip-
sos modos indeliberatos gratiæ excitantis, neque
etiam possunt esse actus deliberati, quia horum
principium inquirimus, præterquam quod re-
gulariter isti actus immanentes non sunt principia
agendi: oportet ergo vt talis gratia sit aliquid in
nobis receptum, & à solo Deo factum. Tribus
autem modis inuenio explicitam hanc gratiam.
Primus est dicentium esse habitum infusum, ad
quem talis actus disponit, vt est prior natura
quàm

8.
Quodnam
scilicet
principium
infusum.

Ita sit ha-
bicus,

quàm

Cum ostensum sit motum gratiæ excitantis non esse, immediatum principium physice concurrentis cum potentia ad eliciendum liberum, & perfectum actum, necessarium est, inter motum gratiæ excitantis, & actum supernaturalem, liberè intercedere aliquid aliud proprium, quod physice inuenit potentiam ad eliciendum talem actum, ideoque inquirendum superest, quodnam sit illud principium. In qua reali quæ moderni existimant, necessarium esse vt præcedat in potentia saltem ordine naturæ aliquid principium creatum illi infusum à solo Deo, quod adiunget potentiam ad eliciendum talem actum. Probatur primo, quia voluntas, v.g. per se solum non habet potestatem sufficientem in actu primo ad eliciendos actus supernaturales in substantia; ergo impossibile est quod tales actus eliciat, nisi detur illi potestas aliqua supernaturalis: hæc autem esse non potest, nisi quida Deo aliquid creatum in ipsa voluntate receptum.

3.
 Primum, quia
 debet potius
 peti ali-
 quid sibi in-
 telecom
 constanti in
 actu primo

Enconfirmatur primò, quia fieri non potest vt
 potentia eliciat actum secundum, quin prius con-
 firmetur in actu primo sufficienti ad talem actum
 eliciendum; sed quia actus primus, & secundus
 sunt essentialiter subordinati, non potest autem
 voluntas confirmari in actu primo, nisi per aliquam
 formam creatam sibi inherentem, quod maxi-
 me locum habet in forma, quæ sit principium
 principale actus vitalis, quia de ratione huius
 principij est, vt informet ipsum viuentem. Vnde
 Aristoteles. lib. 2. de anima tex. 24. inde infert ani-
 mam esse intrinsecam formam, quia est princi-
 pium principale operationum vitæ, & D. Tho-
 mas 2. contra gent. cap. 19. inde probat intelle-
 ctum non posse esse substantiam separatam, quia
 est principium principale proximum, operatio-
 num vitæ. Inde etiam probamus animam Christi
 non potuisse intelligere, aut velle per intellectum,
 aut voluntatem increatam, quia non inhereat
 formaliter ipsi animæ; ergo similiter non possunt
 nostri intellectus, aut voluntas elicere actus su-
 pernaturales in substantia sine principio formaliter
 ineharente, quia de se non habent virtutem
 principalem ad eliciendos tales actus, sed per for-
 mam aliquam addi debeat; ergo necesse, vt talis
 forma creata, & inherens in ipsa potentia saltem
 ordinetur antecedit.

Confirmatur secundo, quia aliis posset Deus solus efficere in homine huiusmodi actus vitales, verbi gratia, quia si possunt fieri in voluntate, verbi gratia, sine interuentu virtutis create media inter potentiam, & actum, necesse est, vt fiant à Deo tanquam à principio proximo principali; ergo eadem ratione potuerunt fieri absolute, & simpliciter à solo Deo, quia non minus repugnat actui vitali fieri ab extrinseco principio proximo principali, quam ab integra, & totali causa. Tertiò hoc confirmatur, quia Deus concurrit cum voluntate, verbi gratia, ad actus supernaturales concursu supernaturalis ordinis: sed hic concursus est influxus Dei immediatus in ipsam voluntatem, & non tantum in actum eius; ergo impossibile est vt talis actus fiat à voluntate nisi Deus in ipsam ali-

quàm actus in genere causæ efficientis: quomodo opinantur multi de vltima dispositione ad gratiã. Sed de hoc puncto disputandum infra in libro se-
 primo de iustificacione; nam ad illum locum pertinet, & ibi ostendam sententiam hanc falsam esse; quidquid verò de illa sit, in præsentia non potest satisfacere: ad summum enim potest habere locum in vltima dispositione ad gratiam, qui est simul tempore cum impressione habitus; hic autem vniuersalius loquimur de quocumque actu superna-
 li, qui potest sæpe tempore antecedere infusionem habitus, vt supponimus, & auctores contrariæ sententiæ non negant. Et supra ostendimus lib. 2. actus virtutum moralium infusionem esse posse in peccatore non habente tales virtutes, & attritio, seu contritio imperfecta potest esse in peccatore prius tempore, quàm iustificetur, vt ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 4. constat; ibi nihilominus dicit talem actum esse à Spiritu sancto mouente, licet nondum inhabitante. Isti enim actus non possunt esse ab habitu, qui nondum est; ergo in illis non habet locum dicta sententia. Coniectare autem possumus auctores illius sententiæ non agnouisse aliud principium creatum supernaturale actuum, præter habitum: nam si illud agnouissent, non redigerentur in eas angustias, vt actum qui disponit ad habitum ab ipso met habitu fieri dicerent. Secundus modus explicandi hanc gratiam est, vt si qualitas quædam similis habitui in hoc, quod infunditur per modum actus primi, & virtutis actiue: dissimilis autem ab habitu, quia non est permanens, sed solum per modum transeuntis infunditur. Tertius modus est gratiam illam non esse qualitatem, sed motionem tantum, & hos duos modos inter alia refert in dicto quodlib. 2. Mendosa non tamen designat auctores.

An qualitas
 habitus si-
 milis.

An motio
 tantum.

9.
 Moderno-
 rum sensus.

10.
 Vera sen-
 tentia.
 Hoc prin-
 cipium in
 potentia
 destituta
 habitu non
 est aliqua
 gratia crea-
 ta.
 Prob. 1. au-
 thoritate.

11.
 2. Ratione,
 quia neque
 duobus
 modis
 supra
 relatis,
 scilicet,
 vel vt sit
 qualitas,
 ne sitas,
 vel spiri-
 tualis
 motio,
 quia cogi-
 tari non
 potest
 accidens
 spirituale
 inherens
 intellectui,
 aut
 actualis
 esse
 voluntati,
 & realiter
 distinctum
 ab illis,
 quodque
 non sit
 actus
 vitalis,
 sed potius
 principium
 proxime
 actuum
 vitalium
 actuum,
 quod in
 alio
 prædicamento
 sit præter
 qualitatis,
 actionis,
 vel
 passionis,
 nam mera
 relatio
 prædicamentalis
 non est
 principium
 agendi,
 & supponere
 debet
 fundamentum
 absolutum,
 quod non
 potest
 esse nisi
 qualitas,
 aut actio,
 aut passio,
 & ideo
 si quæ
 est talis
 relatio
 resultans,
 in considerationem
 non venit.
 Cætera
 verò
 prædicamenta
 in accidente
 spiritua-

li locum non habent, vt per se patet, & in superioribus iterum tactum est. Hæc autem gratia, si datur, accidens spirituale est, cum potentius spiritibus inhæreat, & realiter ab ipsis distincta, cum illis per se infundi debeat.

Improbabilis enim est opinio alia, quàm supra Mendoca refert, scilicet per hanc gratiam non addi voluntati, verbi gratia, realiter entitatem ab illa autem distinctam, sed modum quemdam ab illa solum moraliter (vt aiunt,) seu formaliter distinctum; hæc, inquam, opinio probabilis non est, quia hæc gratia vt sit principium physicum, & principale in ratione proximæ virtutis supernaturalium actuum, oportet, vt sit entitas perfecta, & in se ipsa distincta à potentia, sicut ipsi sunt actus, præterquam quod neque intelligi potest, quid sit ille modus, vel qualis motio in voluntate hæc, vt illum modum, æquirat. Præterea licet detur licentia fingendi talem modum, esset constitutus, vel reducendus ad aliquod prædicamentum, quod esse non potest, nisi vel qualitatis, vel actionis, aut passionis, & in eis esset quid valde imperfectum respectu actuum proprias supernaturalium entitates habentium. Vnde non potest esse principium proximum, & principale illarum, imò si peritus Philosophus rectè consideret, fortasse non inueniet accidens, quod sit modus tantum, & non propria entitas, quod sit propria virtus, & principium per se agendi, sed ad summum conditio requisita, vel conferens ad actionem, vt figura, motus, & similes. Concludimus, ergo non posse intelligi talem gratiam, nisi quæ motio, aut qualitas sit.

Addimus verò vterius, motionem necessariò reducendam esse ad qualitatem. Primo, quia motio in suo esse, oportet, vt passio, vel actio sit, & consequenter vt sit via ad aliquem terminum, non enim potest intelligi, via sine termino, vt supra tractando de principio gratiæ excitantis ostendi, & effectus qui omnia ibi dicta possunt hic applicari: nam est eadem proportionalis ratio, & inferius tractando de concursu, & de gratia efficaci, hoc iterum inculcare necessarium erit; terminus autem illius motionis non potest esse, nisi qualitas vt discursus in præcedenti paragrapho factus coniungit, ergo necessarium est, quantum ad præsentem questionem attinet, motionem illam ad qualitatem reducere; quia cum motio illa sit via ad suum terminum, siue per modum actionis, siue per modum passionis, vt sic non est principium per se agendi alium actum perfectum, tum vt sic habeat rationem imperfectam, tum etiam, quia nulla entitas est principium agendi aliud, donec in suo esse iam sit integrè constituta: quamdiu autem entitas concipitur, quasi in via, non est in suo esse plenè constituta, & ideo vt sic non est principium agendi aliud, sed solum suum terminum per modum tendentiæ ad illum.

Accederet, quod licet admitteremus illam gratiam per modum puræ motionis non habentis aliquid in intrinsecum terminum; non posset esse principialis virtus proxima effectrix supernaturalium actuum, sed solum instrumentalis: hæc autem gratia ponitur à dictis auctoribus vt virtus principalis, æquæ ac habitus infusus, imò non admittunt, actus vitales posse fieri per instrumentalem virtutem, & nos etiam de principali virtute adiuvante tractamus, quæ suppleat vicem habitus: nam instrumentalem distinctam à voluntate, vel impossibilem in eo sensu, vel nulla ratione fundatam esse credimus. Quod autem pura motio etiam admittatur, non possit esse virtus principalis, probatur; tum quia non potest esse nisi entitas valde imperfecta, cum dicatur consistere tantum

tantum in fieri, non in aliquo facto esse; tum etiam, quia res omnes, quæ non agunt nisi per motionem receptam ab alio, solum intelliguntur agere ut instrumenta; imò si argumentum sumentum est ab his, quæ experimur in instrumentis artis, quæ non agunt nisi mota, illa motio non solum non dat virtutem agendi, verum potius supponit illam, & tantum est quasi conditio requisita ad modum agendi. Concludimus ergo si talis gratia datur, esse debere per modum qualitatatis à solo Deo infusæ, ut voluntatem in actu primo ad agendum constituat.

Contra hanc ergo qualitatem obicit primò Mēdoca supra, quia fieri non potest, ut specie distinguatur ab habitu ad quem talis actus natura sua pertinet, ut v. g. à charitate, si actus ille sit amoris Dei super omnia. Assumptum probat, quia illa qualitas est actus primus tendens in idem obiectum materiale, & formale tamquam principium actus eiusdem speciei: ergo non habet unde possit ab habitu charitatis specie distingui, quod ille amplius non videtur. Alij verò respondent illam qualitatem distingui ab habitu, non tantum specie, sed etiam genere subalterno, quia non est qualitas permanens sicut habitus, sed quasi transiens, seu habens esse quasi fluens, quod non durat, nisi quamdiu durat operatio. Hanc verò responsionem ego impugnavi in 1. p. tractat. 1. lib. 2. cap. 16. disputando similem questionem de lumine gloriæ, & visione beata; quia illa qualitas licet ex voluntate Dei possit non diutius conservari, quam dum actus durat, non potest hoc fundari in natura intrinseca talis qualitatatis, vel saltem nullum nos habemus fundamentum, aut iudicium, vel exemplum alicuius spiritualis qualitatatis habentis talem proprietatem connaturalē: ex maiori autem, vel minori duratione rei ex sola voluntate Dei extrinseca non potest sumi argumentum distinctionis specificæ, ut per se notum est; quia eandem rem potest Deus maiori, vel minori tempore conservare, prout voluerit.

Antecedens patet, quod illa qualitas, si datur non pendet ab actu, quia per eam fit, sed potius actus ab ipsa; non ergo ex hac parte non repugnat permanere, etiam si actio cesset. Deinde non pendet ab actu influxu potentie, quia non est actus vitalis, seu secundus, sed primus ab alio receptus; aliunde verò est illa qualitas spiritualis, & in spirituali subiecto, pendens; in fieri & esse tantum à Deo; ergo ex suo genere est incorruptibilis, præsertim si non habet contrarium, vel si illud habet, saltem quamdiu ab illo non expellitur, non habet ex se unde desinat esse, nisi ex voluntate Dei nolentis illam conservare, quod etiam facere potest in habitu, ergo de se non est minus permanens, quam habitus. quod recte explicatur exemplo adducto de visione Dei, & lumine gloriæ, nam si Paulus, v. g. in via ad visionem Dei brevi tempore raptus est medio aliquo lumine tanquam principio visionis, non possumus cum fundamento dicere, lumen illud fuisse distinctum specie à lumine gloriæ Beatorum, solum quia in Paulo brevi tempore duravit, & in Beatis est æternum: nam eadem differentia inter visiones reperitur, & non propterea specie distinguuntur, quia visio quam habuit Paulus, de se æterna erat, licet in Paulo viatore brevi tantum tempore Deus illam conservare voluerit, quod similiter de lumine dici potest, cum nulla maior ratio corruptibilitatis, seu transitoris fluxus in lumine, quam in visione cogitari possit.

Secundo principaliter argumentor, interrogando, an illa qualitas, quæ infunditur ut principium physicum, talis actus habeat infallibiliter coniu-

unctum actum secundum, propter quem datur, vel possit de facto non sequi opus etiam illa infundatur, neutrum enim dici potest consequenter iuxta illam sententiam; ergo non infunditur talis qualitas. Probatur minor quoad priorem partem, quia si illud auxilium adiuans per modum principij quoties infunditur habet coniunctum proprium actum, non est auxilium sufficiens, sed efficax; ergo tale principium, seu qualitas non includitur in auxilio tam sufficiente, quam adiuante, in actu primo, unde consequenter sequitur per auxilium sufficiens non constitui physicè potentiam in actu primo ad operandum, cuius contrarium illi auctores in argumentis suis supponunt, & ad veram sufficientiam auxilij necessarium videtur, iuxta superius dicta.

Deinde contra illud primum membrum occurrit gravis difficultas, infra tractanda, de concordia auxilij efficacis cum vultu libero, nam si illa qualitas habeat effectum infallibiliter secum inducit actum secundum, vel illud est ex intrinseca natura talis qualitatatis determinantis voluntatem ad exercitium actus, vel illa infallibilitas aliunde provenit, scilicet ex præscientia Dei, non enim potest alia ratio cogitari. Si primum dicatur, recte quidem ex illo effectu distinguetur qualitas illa ab habitu, nam habitus non ita determinat potentiam, sed illo utimur cum volumus. tunc autem difficilimum est libertatem actus cum illa qualitate componere, quia infusio illius qualitatatis non est formaliter, & in se homini libera, quia ad illam efficiendam non concurrunt etiam physicè, ut supponitur, sed merè passivè se habet recipiendo illam: in pura autem receptione passiva non est usus libertatis, ut sumitur ex Concilio Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. Neque etiam est illa infusio libera antecedenter, seu per denominationem ab aliqua prævia dispositione libera, propter quam illa qualitas infundatur, quia oportebit illam dispositionem esse supernaturalem, & consequenter à gratia excitante, & adiuante fieri, & tum redibit questio, quodnam sit principium adiuans ad illam dispositionem. Igitur necessarium sistendum est in gratia prima adiuante per modum principij physici, quæ non magis datur homini propter præviā dispositionem eius, quam datur prima gratia excitans propter similem dispositionem, sicut enim prima excitatio non est libera homini vilo modo, ita neque prima infusio illius qualitatatis, quæ dicitur esse gratia adiuans per modum principij physici. Ex quo sequuntur duo incommoda, vnum est, illum cui non infunditur illa qualitas simpliciter, non habere auxilium sufficiens, quia sine illa non potest elicere actum, nec est in potestate libera eius habere talem qualitatem, cum nihil possit liberè agere, quo illam obineat. Aliud inconueniens est, quia ille cui datur talis qualitas, non liberè operabitur, nam si illa qualitas determinat quoad exercitium actus voluntatem cui infunditur, ita infallibiliter ex intrinseca sua natura, ut non posset voluntas ei resistere, & actum cohibere, non apparet, quomodo actus ille liber quoad exercitium prodeat. quæ ratio hinc amplius non prosequor, quia necessarium sunt in sequentibus scriptis repetenda, præcipue tractando de auxilio, & concursu efficaci.

Si autem aliud membrum eligatur, nimirum illam infallibilem connexionem, inter qualitatem illam, & consensum voluntatis, non esse ex natura intrinseca talis qualitatatis, sed ex præscientia, quia scilicet prævidens Deus voluntatem sic excitatam consenturam, si adiunetur, infundit illi talem qualitatem, ut per eam sicut oportet operetur: quando autem prævidet non consenturam, etiam si ei infundatur talis qualitas, tunc illam non infunde-

ber secum
coniunctū
infallibili-
ter effectū,
vel non.
Primum
dici nequit,
quia esset
semper gra-
tia efficax.

18.

Concil. Trid.

19.

scitētia Dei.

fundere, non quia de se sine actu esse non posset, nec quia semel infusa non subiaceat quoad vsum liberæ potestati voluntatis, sed quia in tali homine esset otiosa, & inutilis, si hoc, inquam, dicatur, iam eligitur alterum membrum partitionis in primo dilemmate positæ, simulque illo modo facile saluatur libertas; tamen explicatio non est iuxta sensum, & principia auctorum contrariæ sententiæ, qui illam præscientiam non admittunt, vt videbimus. Et præterea non euacuat primam difficultatem tactam, quia si qualitas illa ex natura sua infundi potest potentiæ non operanti, nec ex vi illius statim operaturæ, de se non est qualitas pendens ab actuali operatione, neque requirens illam, vt in potentia sit, & permaneat; ergo de se est qualitas habitualis, & verus habitus, & consequenter eiusdem speciei, cum virtute infusa, ad quam pertinet talis actus, immeritoque appellatur quasi transiens, cum non sit hæc eius natura, quidquid sit de voluntaria infusione, vel conseruatione Dei cum tali præsentia, & non sine illa. Nam etiam habitum ipsum potest Deus, non infundere adulto, nisi præciat illum statim in eodem momento operaturum cum illo, sicut virissimile est fuisse infusum Angelo, vel primo homini in sua creatione. Et declaratur amplius, nam si illa qualitas ex natura sua infundi potest voluntati non statim operanti, etiam si de facto solum infundatur ei, quæ præcitur operatura, nihilominus postquàm fuerit semel infusa, permanebit in potentia, quantum est ex natura sua, etiam si potentia ab operatione cesset, quia non potest magis pendere ab operatione in conseruari, quàm in fieri; ergo considerat illius naturâ, nihil habet in quo ab habitu differat.

20. Sed aliquis fortasse argumento actus, fatebitur qualitatem illam nihil aliud esse, quàm ipsum habitum, vocari autem transeuntem solum extrinsecè, quia tunc non infunditur à Deo vt permaneat, sed solum ad illum actum, & quandiu ille durauerit. Sic enim D. Thom. 2. 2. q. 175. art. 3. ad 2. sentit lumen gloriæ infusum Paulo in raptu, in specie & entitate fuisse idem, quod est in Beatissimis, datum tamen esse per modum transeuntis, quia solum ad breue tempus datum est.

21. Veruntamen hoc in primis est contra hypotheseos, quàm in dispositione supponimus, nimirum, sermonem esse de actibus, qui ab habitibus non eliciuntur; deinde friuolum, & incredibile videtur dicere peccatori, quoties prius tempore, quàm iustificetur, elicit actum supernaturalem temperantiæ, aut fortitudinis, vel penitentiæ imperfectæ, quæ se remotè disponit ad remissionem peccati, infundi habitus talium virtutum, & auferri statim ac cessat operari. Et præterea in contritione, seu vltima ad gratiam dispositione, non habet locum illa responsio; quia tunc actus permanenter infunditur, ergo necessariò erit illam dispositionem elici ab ipso habitu, ad quem ipsa disponit, & ratione cuius ipse habitus infunditur, quod repugnare, tractando de iustificatione, probabimus. Nunc autem tanquam certum supponimus, actum propter quem eliciendum datur auxilium gratiæ proximè adiuuantis, non posse esse rationem, & causam, propter quam tale auxilium datur, alioqui esset talis ratio, vel causa, non vt factus per vires gratiæ, sed vt factus per solum liberum arbitrium, quod nemo dicet, qui Semipelagianum errorem omnino voluerit euitare.

22. Denique possunt ad hanc rationem confirmandam adduci omnia, quibus suprà probauimus, ad eliciendos actus supernaturales gratiæ excitantis, non esse necessariam, nec præcedere infusionem alicuius qualitatis, vel motionem, quæ non sit

actus vitalis. Nam est eadem, vel maior ratio, quia tam motus gratiæ excitantis, quàm actus proprii gratiæ adiuuantis supernaturales sunt, & effectiue à nobis sunt, solumque differunt vel in maiori, vel minori perfectione, quod parum refert ad necessitatem supernaturalis principij, vel in hoc quod illi sunt necessarij, isti autem liberi. Et ex hoc capite magis videtur repugnare impressio illius qualitatis actibus liberis, quàm necessarijs, vt explicatum est. Quod verò ad auctoritatem pertinet, talis qualitas præuia ad hos actus non maius habet fundamentum in Scriptura, Concilijs, vel Augustino, respectu illorum, quàm respectu motuum gratiæ excitantis; nullam enim præuiam gratiam in illis inuenimus, præter inspirationes, illuminationes, & alias similes, quæ in actibus vitalibus consistunt, quod amplius ex solutione argumentorum constabit, quam commodius capite sequenti trademus.

CAPVT XIX.

Solum Spiritum sanctum immediatè adiuuare voluntatem vt principale principium proximè, & physicè faciens supernaturalem actum, quando sine habituelicitur.

Hæc assertio à sufficienti partium enumeratione ex discursu præcedentium capitulum necessariò concluditur. Nam ostensum est alias, quod principium coëfficiens cum voluntate talem actum, & suppleans defectum virium eius necessarium esse. Deinde probatum est hoc principium non esse motionem, vel qualitatem creatam, quæ præcedat per modum actus vitalis, & excitantis gratiæ, vel per modum actus primi à solo Deo infusi, & passiuè tantum in voluntate recepti; ergo necessarium est vt tale principium sit increatum, est ergo Deus ipse, seu Spiritus sanctus. Atque ita videntur sentire de vltima dispositione ad gratiam multi ex auctoribus, qui negant illam effectiue procedere ab habitibus infusis, præsertim Mendozæ in dicto quod lib. 2. ad finem, & Vega lib. 6. in Trident; cap. 28. vbi non requirit aliam gratiam præuenientem creatam ad talem disputationem, præter excitantem, & ita exponit Scotum. Eadem autem ratio, vel certè maior in cæteris actibus supernaturalibus, qui tempore antecedunt habitibus, locum habet.

Possumus autem vterius assertionem nostram confirmare, duo demonstrando. Vnum est, hunc modum diuini adiutorij esse possibilem, id est, non repugnare de potentia absoluta. Aliud est, etiam secundum legem ordinariam esse sufficientem, & modo loquendi Scripturarum, & Patrum, & conuenienti ordini diuinæ providentiæ consentaneum. Priorem partem probauimus de visione beatifica in particulari in 1. part. tract. 1. lib. 2. cap. 1. vbi dixi posse fieri ab intellectu creato solo Deo cooperante, & specialiter influente cum illo, quam sententiam tenet etiam Fr. Ioan. Vincent. de gratia Christi, quæst. 6. post quartam conclusionem. Vasquez. 1. part. disp. 46. cap. 2. Molina 1. part. quæst. 12. art. 5. disp. 2. qui plures auctores pro illa sententia referunt in 4. dist. 49. Nemo autem negauit eandem esse, vel maiorem rationem de auxilio viæ. Ratio autem communis omnibus, quia nulla ratio repugnantia, vel implicationis contradictionis in hoc modo efficientiæ ostendit potest. Nam si quæ cogitari valet, maximè erit, quia vitalis